


Entendentes quod divina misericordia et clemencia imperatoris nostri Ottonis
 munificentiae largimur tam pro presenti statu a nobis regendae rei publice quam futurae mercedis remuneratione. Idcirco omnium fidelium sanctae universali ecclesiae nostrorumque
 presentium scilicet atque futurorum novetur universis qualiter nos pro amore dei et pro remedio nostrae anime necnon dilectae coniugis hadelhade
 nostrae amantissimi filii ottonis regis per huiusmodi preceptum apostolicam imperialem auctoritate ad monasterium supra memoratum quod in suburbio magadaburch constructum
 nobiliter monachorum claret collegio donavimus decimam ex omni censu mellis quod ipso debetur servitio de prouintia clauorum nizi nominata in comitatu fidelis
 nostri Adonis fidei cum subscriptis urbibus. Svisli. Uerlazi. Groditi. Usszi. Broth. Rochutani. Hessezi. Sipiuzi. Forqua. Bretimi. Olmich. Dumoz. Frickel
 Prietozini. Elotna. Uuazgrini. Luerna. hac scilicet ratione quatenus ex hoc in reliquum tempus abbas ipsius monasterii quicumque pro tempore fuerit
 simulque monachi sub eo regulari conuersione deservientes hac nostra donatione perpetuo iure fruantur. Atque ut haec nostrae auctoritatis largitio
 omni tempore firma stabilique permaneat inde iussimus hoc presentis precepti conscribi nostris signo auctorari manuque propria subter firmavimus.

Hic incipit
 Liber primus de rebus et personis quibus
 imperatoris nostri Ottonis
 largitus est



Datu. ii. id. april. Anno domini Incarnati decccc. lxv. Indictione viii. Anno imperii magni ottonis imperatoris augusti. iii. regni sui xxx.
 Actu northusun in xpi nomine feliciter amen.